



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

Reisenbusch, Ordinis S. Antonij, præceptorem Leichenbergicum Tom. 2. Lat. Epist. quorum partem enumeravi in supplemento ad libros de more prohibendi libros noxios, parte prima cap. XI. Vbi hos sua uolentes in Lutheri horto natos flosculos inuenies ἀγαμος (sine matrimonio) uiuere uolens, plane ἀδύνατα τῆς ἐπιτομῆς ἀδύνατα seruat, καὶ ὁδὸς θεομαχίης, penitusque cum Deo pugnat: in hoc quod verbo Dei & creatura per uerbum eius creata, & deinceps conseruanda & exercenda perperam obnitendo repugnat. Qui se hominem esse agnoscit, & credit hominis appellatione se quoque comprehendit, ille purgatis auribus audiat, quàm Deus omnium rerum conditor super omnem carnem pronuntiet sententiam dicendo, nimirum se nolle uiuere quinquā ἀγαμος (cælibe) sed multiplicari. Qui aded ἀγαμος ἢ μονόσπονδος manere statuit, ille nomen hominis à se deponat, plantū faciens se Angelum esse, aut spiritum. Homini enim à Deo nullo modo conceditur. Et hæc themata suis proponit ille, qui Prophetas, Apostolos & Euangelistas à suis audit. Quæ si olim Cynicus quispiam proposuisset, non plausum, sed risum & irrisum, & apud plurimos etiam, detestationem retulisset.

Quæritur III. Vtrum castitatis votum sit Deo nuncupandum; aut si iam nuncupatum sit, obseruandum. Respondet Lutherus Epist. cit. ad Reisenbuschium. *Votum (castitatis) contra uerbum & opus Dei susceptum, ut impossibile & impium nullius momenti est. Deus quoque reprobat illud non secus, ac si uouissem Dei matrem me uelle fieri aut nouum cælum condere uelle.*

Antipharmacum.

OBSERVA Lutherum aliosque hæresiarchas & hæreticos inanem fumum uendere, quando dicunt: castitatem

tatem ſeruari poſſe ab illo, qui donum caſtita-
tis nemo enim ex Lutheri decreto donum hoc habet: nam
velle caſtita-tem ſeruare, perinde eſt, vt Lutherus blaſ-
phemat, *ac velle matrem Dei fieri; aut, nouum cælum vel-
le condere*: at donum hoc, vt quis *mater Dei fiat; aut vt
cælum nouum condat* nemini conceditur: ergò nec vt ca-
ſtè viuat, ex ſententia impij Lutheri. Item; tam neces-
ſarium eſt, vt quis cum muliere conſueſcat; quàm ne-
ceſſarium eſt, vt *comedat & bibat*: at hoc, via & lege Dei
ordinaria, ſimpliciter neceſſarium eſt, ergò & illud. Ex
quibus ineluctabili conſecutione colligitur, inter hære-
ticos tam paucos caſtè & impollutè viuere; quàm pauci
ſine cibo & potu viuunt: hoc eſt, nullos.

Quæritur IV. Quando ſit incundum matrimonium.
Reſpondet Lutherus Serm. de Matrimonio. *Pracla-
rum & inſigne adagium eſt: Manè ſurgere, & manè contra-
here matrimonium, neminem debet pœnitere.* Et vt omnes
vim Lutheranæ huius paroemiæ melius aſſequamur,
Germanicè ad oram libri attexitur; *Frühe aufſſtehen/
vnd früe freyen/ das ſol niemandt gerewen.* In tempo-
re operari & laborare maturet; & poſtea ſe Deo confidenter de-
dat, uxoremque ducat: *Adoleſcens vbi vigefimum ad ſum-
mum attigerit annum: puella, vbi quindecim, aut duodeui-
ginti annos nata fuerit. ſani enim tum ſunt, nec ad res geren-
das inepti.* Non video hîc quidquam conſultius, inquit ille
idem Sardanapalicus Propheta Epift. ad Reizenbuſchi-
um, quàm *clauſis animi oculis quantocyus ipſum opus aggredi,
ad quod à Deo creatos nos eſſe, videmus & ſentimus,
dum magnis flammis quotidie in carne
noſtra adurimur.*

Anti-